extrema duntaxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra. Tali videlicet modo quod si prius praefatum Generosum Zelechowski maritum quam ipsam Generosam Ele: Elizabetham Trzebuchowska, consortem de hac luce decedere contigerit, Extunc memo: rata consors sua bona suprascripta omnia ac praemissa omnia superius expressa cum omni praemissorum iure dominio et proprietate omniq usufructu eorundem ad extrema vitae suae tempora tenebit habebit illisq quiete et pacifice utifruetur. Post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem suprascriptae Consortis suae extunc praemissa omnia bona praefati mariti propria ad Successores eiusdem mariti sui sine quavis contradictione Succes: sorum suprascriptae Consortis suae pleno iure redire debebunt et devolventur. Similiter quoq si prius praenominatam consortem suam quam ipsum maritum mori evenerit, extunc bona suprascripta qualitercunq omnia morte praefatae Consortis suae derelinquenda cum omni uti praemissum est iure dominio et proprietate omnibusq eorundem bonorum utilitatibus et Commodis idem Generosus maritus suus tenebit habebit et possidebit illisq quiete et pa: cifice ad extrema duntaxat vitae suae tempora tantummodo et non ultra utifruetur. Post mortem vero eiusdem suprascripti mariti sui bona eadem praefatae Consortis propria mor: te eiusdem mariti praefati derelicta ad Successores suprascriptae Consortis suae sine quavis Contradictione Successorum praefati mariti sui totaliter et plenarie redibunt et devolventur. His praesentibus personalibus recognitionibus ad praemissa mediantibus.

Gumoceski et Romer Intercisa Inter se ab utrinq conscriptae Robrant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren: Capitan: Premislien: Generosi Dominicus de Gumow Gumowski ab una et Simon de Chyrow Romer ab altera partibus sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Iurisdictionibus: ditionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Ca: pitaneali Premislien: Iurisdictioni se cum Successoribus ac bonis suis qualitercunq omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie subiiciendo et incorporando palam libe: re publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum deorsum suo pro interesse

recognavit Quia ipsi sibi mutuo et vicissim una pars alteri ac posteris utriusque partis
se ac suos successores in et super bonis suis quibus omnibus summisque pecuniariis quibusvis
habet et habere inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se recognoscentes
ratione certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu et
data eiusdem hic Premisliae die prima Mensis May Anno praesenti confectam et conscriptam
manibus recognoscentium ab utrisque subscriptam damnisque Terrestribus simpliciter absque corpora-
li iuramento taxandis firmatam In omnibus et singulis eiusdem intercisae conditionibus
punctis clausulis articulis damnis Terrestribus ligamentis ac nexibus quibus universis
firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis illius
Contentis tam in toto quam in parte totiens quotiens opus fuerit satisfacere Intercisam
praedictam ad inscriptionem praesentem Roborationem et inscriptionem praesentem ad
praefatam intercisam vicissim in toto referendo Ideo sub damnis Terrestribus simpliciter
absque quovis corporali iuramento taxandis per partem parti cum successoribus utriusque partis
ob non completionem Contentorum intercisae praefatae omnium et singulorum tam in toto
quam in parte totiens quotiens opus fuerit ad solvendum succumbendis Pro quibus quidem
damnis Terrestribus simpliciter absque quovis corporali iuramento taxandis et eiusmodi
lo praemisso ad solvendum succumbentis ac re aliqua principali ex praemissis non completa
complendisque Citata existens pars una praemissa non tenens vel eius successores ad in-
stantiam partis alterius praemissa tenentis vel eius posterorum Ad officium prae-
sens Castrense Capitaneale Premisliense Terrae necnon suprascriptum quo ad respondendum spe-
ctat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare ibique
tere respondere damna praetacta Terrestria luere inscriptioni praesenti satisfacere
ac omne iudicatum quibus debebit et tenebitur Seque ac suos successores ad eadem
omnia inscribit et obligat Eundemque terminum primum peremptorium et alios omnes
exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate
pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio
militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et Legi-
libus impedimentis non differendo ad quietationem ultra proximos terminos

Officii praefati

officii praefati Castren. Praemislien. dilationem sibi non recipiendo Nullasq[ue] motiones ap-
pellationes protestationes ac earum prosequutiones faciendo Ac praemissa omnia poenis
simplicibus vel triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Juris Inventione Terrestri
bello Commentione et alijs quibusvis Juris remedijs et facti defensis non evadendo
nec modo quovis subterfugiendo. Hac una praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Sexta post Dominicam Cantate proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo Sexto.

19/V 1656

Grabinski et Bieniecki Roborant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemislien.
Generosi Joannes Grabinski ab una, et [illegible] Bieniecki ab altera partibus
sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus Jurisdictionibusq[ue] suis
quibusvis proprijs et competen. recedendo. Praesentiq[ue] Castren. Capitan. Praemislien.
Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis quibusvis omnibus quo ad actum praesentem
attinet totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac
per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit.
Quia ipsi sibi mutuo et invicem una pars alteri cum posteris utriusq[ue] partis se ac
suos successores in et super bonis suis quibusvis omnibus summisq[ue] quibusvis pecuniarijs
habitis et habendis inscribunt et obligant praesidio intercisam certam inter se conquisitam
rationem certarum rerum et conditionum in eadem intercisa contentarum de actu
et datu illius hic Praemisliae feria secunda ipso die festi Sancti Adalberti an-
no praesenti confectam manibus proprijs contrahentium ab utrinq[ue] subscriptam Actisq[ue] [illegible]